et officiu nullas motiones cum appellationibus faciend. Nec ad prosequendas easdem in iudicium et partem adducam. Poena trium marcarum et triplici poena vadium seu vadia praenominata non evadendum malam actionem et intempestivam eius formam, ignorantiam citationis ante terminum, malam in lucro condemnationem, malum processum iuris non obijcien. Nec eam ad iudicium lucri proveccionisque iudiciariorum ignorantia et iuramento ex qua reali non subterfugiendo. Immo se cum successoribus omnibus iuris remediis, evasionibus, praescriptionibus, suspensionibus, ac aliis omnibus exemptionibus dilationibus abrenuntiando. et nil sibi penitus in auxilium contra inscriptionem praesentem eiusque effectum recipiendo. Sua suorumque successorum sub ammissione totius causae vel lucri praefati vadium vel vadiorum. Quo vel quibus soluti utique in suum praefatum et ordine in ea contenta satisfacere cum suis posteris toties quoties opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

39

Andrich arendat Iaskmaniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Praemisliensibus Nobilis Lucas Andrich mente et corpore sanus exemptus foro suo quolibet proprio ommisso et praesenti iurisdictioni se incorporando publice recognovit. Quia Generoso Andreae Iaskmaniczki et eius successoribus bona tenutae sua vulgo decem centones possessos molendinum et poponem in villa Brzeznowicze consisten. quae habet ab eo in summa octingentorum flor. pecuniae inscripta cum omni iure dominio proprietate ac utilitatibus suis ad dominicam quaelem latere proxime ventura ac pro summa certa pecuniae iam ab ipso plenarie recepta ex qua praesens eunque quietat arrendavit et modo arenda inscripsit. Dat et admittit eis iam exnunc in bona praefata realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione per ministerium terrenum quemcunque. Et hic idem praefatus Andreas Iaskmaniczki coram officio et actis praesentibus personaliter stans foro suo quovis proprio ommisso et praesenti iurisdictioni se incorporando publice recognovit. Quia bona praefata sibi modo praemisso arendata non alio iure modo vigore praesentis arenda ad decursum supradicti temporis tenebit et possidebit. Post expirationem vero arenda praefata bona eadem libere dimittet vel eius posteri dimittent. In qua praefatus Andreas tanquam in sua propria inequitabit vel eius posteri inequitabunt, et nullam per hoc violentiam faciet vel facient. Cum inequitatione praefatus Andreas Iaskmaniczki cum suis posteris eadem cedere non debebit sub vadio in originali inscriptione contento.

Kalnofoczki obligat Baranieczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Nobilis Stas Kalnofoczki Kuzmicz a iure foro suo proprio quibusvis recedens praesenti vero castrensi Praemisliensi iurisdictioni se submittens ac bona sua omnia quo ad actum praesentem attinet incorporando et subiiciendo publice recognovit. Quia Nobili Ivanko Baranieczki et eius successoribus totam et integram sortem suam bonorum in villa Baranczicze consisten. cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis fructibus, proventibus redditibus utilitatibusque universis nil excipiendo, in summa viginti duorum flor. pecuniae monetae polonicalis sibi ad festum nativitatis domini proxime venturum obligavit inscripsit et invadiavit, et in effectu pro tunc exemptionis extunc ad aliud simile festum nativitatis domini et sic de anno in annum annis sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae persolutionem. Dat et admittit eis iam exnunc in bona praefata realem intromissionem cum actuali et pacifica possessione per ministerium terrenum quemcunque. Cum [illegible] 39

praefatus Kalnofoczki cum suis posteris quos seu qui superstites fuerint bitureque praefatus Kalnofoczki cum suis posteris quos seu super bitureque praefatus Kalnofoczki cum suis posteris, quos suis superbitur. eundem Baranieczki et eius omnibus bonis suis obligat et inscribit, eundem Baranieczki et eius posteros in bonis praefatis et eorum eorumque ab omni quavis impetitione invidiaque omnibus damnis violentiis et impedimentis quarumlibet personarum sexus utriusque toties quoties opus fuerit tueri eripere defendere evincere liberare protegere bonaque praefata munda et libera facere sub vadio simili summa viginti duorum flor. Nihilominus praefatus Kalnofoczki se et suos successores superpraemissa Nihilominus praefatus Kalnofoczki se et suos successores sup praeme. Nihilominus praefatus Kalnofoczki praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transportare sub vadio simili summa viginti duorum flor. pecuniae. Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens cum suis posteris ad officium praesens castrense praemisliense, citatus extunc foro suo quovis proprio omisso sterni, in primo citationis termino tanquam peremptorio stare coram eo officio in primo citationis termino tanquam peremptorio staret coram eo officio et pro praefato vadio servandis omnibus exceptionibus contravenire [illegible] praescriptionibus legalibusque [illegible] quibusvis impedimentis terrae vel simplici inscriptioni, actionibus pro quibusvis impedimentis terrae vel simplici inscriptioni, motionibus appellationibus maioribus, ad quittationem dilationem non petere, motionibus appellationibus earumque prosequentibus, poena trium marcarum et triplici poena aliis omnibus [illegible] dilationibus iurisque remediis remotis et in parte evicta satisfacere cum suis posteris toties quoties opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Kulczieczki donat alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus Nobilis Iaczko Kulczieczki Stepanowicz mente et corpore sanus exemptus foro suo quovis proprio ommisso et praesenti castrensi praemisliensi iurisdictioni se submittens ac bona sua omnia quo ad inscriptionem attinet incorporando et subiiciendo publice recognovit. Quia Nobili Iaczko Kulczieczki Michalkowicz et eius successoribus bona sua hereditaria vulgo aream cum aedificiis dictum na [illegible] in qua solus manebat penes viam publicam in villa Kulczicze iacen. cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis attinentiis pertinentiis fructibus proventibus redditibus utilitatibusque universis nil excipiendo, dedit donavit inscripsit, prout in praesenti dat donat inscribit ac modo perpetuo et irrevocabili donationis